

Christum uti hac scientia per recursum ad phantasmata, quatenus hic importat necessariam connexionem, & dependentiam a sensibus, in hoc enim scientia infusa Christi est similis scientia Angelorum; non tamen si importet puram concomitantiam cognitionis infusae cum actu phantasiae.

18 Tercio dubitatur, an hac scientia sit discursiva, hoc est, nisi actus scientiae infusae exerceretur per modum compositionis, & discursus, vel potius per modum simplicis intuitus. Communis Recentiorum sententia est, idem iudicium quoad hoc faciendum esse de hac infusa scientia Christi, ac de naturali scientia Angelorum, scilicet, non fuisse supra naturam discursivam, neque cum compositione actuum, sed fuisse per modum simplicis apprehensionis, ac intuitus. Modus enim cognoscendi per discursum idem nobis convenit, quia acquirimus scientiam, prius assequendo notitiam alicuius propositionis, & inde consequenter ostendendo, ac deducendo notitiam alterius, tanquam conclusionis illatae; Sed per scientiam infusam aequè primò representantur omnes propositiones, & veritates, quae sub eam cadunt, per se, inquam, & directè; neque oportet unam ex aliis tanquam ignotam ex nota deducere; ergo ex natura sua non requiritur discursus in tali scientia; Addunt nihilominus, quod cum non debeat Christus semper permanere in actuali consideratione omnium, circa quae eius scientia infusa fieri poterat, admittendum est potuisse Christum habere actualem considerationem unius rei, & exinde descendere in considerationem alterius rei habentis connexionem cum illa priori, quod admittendum est etiam de scientia Angelorum; Et hic cognoscendi modus dici potest aliquo sensu discursus, quatenus intellectus transit, & excurrit ab uno ad aliud obiectum considerandum. Sed non est propriè discursus, qualis est in nobis, qui fit per compositionem iudicii; & per illationem consequens ex antecedenti.

19 Ceterum talem cognitionem posse etiam proprie dici discursum, sed potuisse Christum uti scientia infusa per discursum docet Scotus *quæst. cit. ad 3.* & recentiores contra Suárez *disp. 28. sect. 1.* & Vazquez *disp. 2. c. 3.* ubi asserunt, neque potuisse Christum habere scientia infusa uti per discursum. Probat, quia ratio discursus proprie dicitur in eo sita est, ut sit cognitio unius rei orta ex cognitione alterius; sed per scientiam infusam potuit anima Christi habere cognitionem unius rei ortam ex cognitione alterius; ergo potuit habere discursum; maior patet, probatur minor, quia ex cognitione causae potuit cognoscere effectum, ut quod homo est rationalis, quia est rationalis; ergo potuit habere cognitionem effectus ortam ex cognitione causae.

Respondet negatio minoris cum eius probatione, quia discursus ita est cognitio unius rei orta ex cognitione alterius, ut sit processus a noto ad ignotum, quare in Christo esse non potuit alioquin aliquo ignorantia fuisset in eo; Tam quia repugnat, quod per scientiam infusam cognoscatur effectus ex cognitione causae, quia repugnat, quod eadem res cognoscatur simul per discursum, & immediate per seipsum; illa autem effectus est cognoscibilis per seipsum per scientiam infusam; quare ex his duobus capitibus precipue deducunt, Christum per scientiam infusam discurrere non potuisse.

20 Sed Contra infatur ex Doctore *loc. cit.* nam licet ad discursum requiratur, cognitionem conclusionis, ad quam discurretur, effectus causam a cognitione praemissam, atque adeo esse actum ab ea distinctum, non tamen ex natura sua expostulat, quod per ipsum de novo aliquid cognoscatur, quod antea esset ignotum, sed quodque facit praehabita cognitione uti; ut v. g. pono, quod quis cognoscit istam per experientiam, omnis homo est rationalis, unde discursus a praemissis ad hanc conclusionem non facit illam cognoscere absolute, sed facit illam cognoscere sic, nimirum tanquam effectum per causam, vel facit uti priori notitia, quam habuit de hac conclusionis potuit igitur Christus hoc modo discurrere ad conclusiones; quarum prius habuit cognitionem abstractivam in seipsis. Neque repugnat, quod per scientiam infusam cognoscatur effectus ex cognitione causae, quia cum scientia infusa anime Christi subsit imperio voluntatis ipsius, potest pro libito non cognoscere effectum aliquem immediate per seipsum, quamvis possit illum etiam, ut sic, cognoscere. Tam quia dato etiam, quod cognosceret illum effectum immediate per seipsum, posset etiam simul cognoscere ex cognitione alterius, sicut Beatus videns Deum in se, nihilominus potest esse effectus creatus, quos simul cognoscit, deducere cognitionem abstractivam illius, ut bene arguit Orlandus *lib. 2. disp. 4. qu. 2.*

21 Hinc patet ad fundamentum in oppositum, cum enim dicitur, quod propriè, & conaturalis modus cognoscendi per hanc scientiam est per simplicem intuitum, & apprehensionem, qui cognoscendi modus discursus opponitur, Respondet, modum intrinsecum, & conaturalem scientiae infusae esse, cognoscere rem per simplicem intuitum, & cognitionem, in hoc sensu, quod possit per illam res hoc modo cognosci, non vero, quod petat sic cognosci, ut non possit etiam alio modo

cognosci; & unde aliud est, quod scientia infusa Christi petat posse esse sine discursu, aliud vero, quod petat non habere discursum; primum est verum, secundum est falsum, ut ait Orlandus *loc. cit.* Sed Vrges, quia habuit primò principium non potest intellectus uti per discursum, eo quod ex natura sua tendit in principia per simplicem intuitum, & immediate ergo nec habuit scientia infusa propter eandem rationem.

Respondetur admissio antecedente negando consequentiam ratio disparitatis est quia habuit principium ob sui limitationem dicitur illud tantum cognoscendi modum per simplicem apprehensionem terminorum; sicut & contra habuit scientia acquisita dicit modum cognoscendi unum ex alio; et scientia infusa ob suam excellentiam ambit utramque rationem, & cognoscendi modum, scilicet, per simplicem intuitum, & apprehensionem, ac etiam per cognitionem unius ex alio deductivam neque necesse est semper ut talis discursus fit progressus ex noto ad ignotum, quia hoc non est de essentia discursus, sed tantum ut cognitio unius fit causata a cognitione alterius. Et in Angelis quoque dari posse discursum iam diximus suo loco.

Quarto Dubitatur, an scientia infusa Christi fuerit perfectior, & maior scientia Angelorum in nam de scientia beata nullus remanet ambigendi locus, cum enim Christus sit primogenitus, & caput omnium electorum perfectius videtur divinam essentiam, eo quod habet summam gratiam, & summam gloriam lumen, quare perfectius etiam videtur creaturas in Verbo; & multò plures quam ceteri, cum habitualiter saltem videat omnia, quae Verbum videt ex dictis *qu. 1.* Communis Thomistarum sententia est scientiam Christi quantum ad numerum obiectorum fuisse maiorem, & praetantioris scientiam infusa Angelorum, ac etiam quoad certitudinem, & claritatem cognitionis; quia perfectius lumen habuit ad intelligendum, quam Angeli, quae duo pendunt ex mera Dei voluntate; addunt vero esse imperfectioris quoad modum cognoscendi; quia intellectus humanus est naturè imperfectioris, quam sit angelicus, & consequenter, quia species sunt naturis commensuratae, etiam species animae Christi imperfectiores erant speciebus Angelicis, quod quidem asserunt tam in ordine ad cognitionem abstractivam, quam intuitivam, quae secundum ipsos fit per species.

Nihilominus species infusae anime Christi fuisse perfectiores, & res speciebus Angelicis, & res etiam esse perfectioris, & maiori patet, probatur minor, quia ex cognitione causae potuit cognoscere effectum, ut quod homo est rationalis, quia est rationalis; ergo potuit habere cognitionem effectus ortam ex cognitione causae. Respondet negatio minoris cum eius probatione, quia discursus ita est cognitio unius rei orta ex cognitione alterius, ut sit processus a noto ad ignotum, quare in Christo esse non potuit alioquin aliquo ignorantia fuisset in eo; Tam quia repugnat, quod per scientiam infusam cognoscatur effectus ex cognitione causae, quia repugnat, quod eadem res cognoscatur simul per discursum, & immediate per seipsum; illa autem effectus est cognoscibilis per seipsum per scientiam infusam; quare ex his duobus capitibus precipue deducunt, Christum per scientiam infusam discurrere non potuisse.

22 Sed Contra infatur ex Doctore *loc. cit.* nam licet ad discursum requiratur, cognitionem conclusionis, ad quam discurretur, effectus causam a cognitione praemissam, atque adeo esse actum ab ea distinctum, non tamen ex natura sua expostulat, quod per ipsum de novo aliquid cognoscatur, quod antea esset ignotum, sed quodque facit praehabita cognitione uti; ut v. g. pono, quod quis cognoscit istam per experientiam, omnis homo est rationalis, unde discursus a praemissis ad hanc conclusionem non facit illam cognoscere absolute, sed facit illam cognoscere sic, nimirum tanquam effectum per causam, vel facit uti priori notitia, quam habuit de hac conclusionis potuit igitur Christus hoc modo discurrere ad conclusiones; quarum prius habuit cognitionem abstractivam in seipsis. Neque repugnat, quod per scientiam infusam cognoscatur effectus ex cognitione causae, quia cum scientia infusa anime Christi subsit imperio voluntatis ipsius, potest pro libito non cognoscere effectum aliquem immediate per seipsum, quamvis possit illum etiam, ut sic, cognoscere. Tam quia dato etiam, quod cognosceret illum effectum immediate per seipsum, posset etiam simul cognoscere ex cognitione alterius, sicut Beatus videns Deum in se, nihilominus potest esse effectus creatus, quos simul cognoscit, deducere cognitionem abstractivam illius, ut bene arguit Orlandus *lib. 2. disp. 4. qu. 2.*

23 Hinc patet ad fundamentum in oppositum, cum enim dicitur, quod propriè, & conaturalis modus cognoscendi per hanc scientiam est per simplicem intuitum, & apprehensionem, qui cognoscendi modus discursus opponitur, Respondet, modum intrinsecum, & conaturalem scientiae infusae esse, cognoscere rem per simplicem intuitum, & cognitionem, in hoc sensu, quod possit per illam res hoc modo cognosci, non vero, quod petat sic cognosci, ut non possit etiam alio modo

Quare concludendum est hanc perfectionem specierum Christi esse intrinsecam, & consequenter attendendum esse in ordine ad effectum, nempe representationem, ut clarior, & distinctus reddant obiecta, quorum vim habent representandi; Unde hac ratione praesens species infusa anime Christi sunt Angelicis perfectiores, eo quod sunt principia cognitionis clarioris, certioris, & magis comprehensivae, quam species Angelorum, ut videretur Orlandus *disp. 4. cit. qu. 3.* Neque urget, quod inquit Averfa, quod si sunt magis perfectae in intentione, & claritate, debeant quoque dici perfectiores in universalitate, quia hic ordo inter ipsos Angelos observatur, quod cuius Angelus species sunt perfectiores in intentione, & claritate, sint etiam in universalitate; Non urget, inquam, quia licet illa perfectio specierum in intentione, & claritate representationis sit possibilis, non tamen illa perfectio in universalitate representationis ob rationem illatam.

24 Hinc autem sequitur ex parte specierum, ut dicebamus, fuisse scientiam Christi infusam praetantioris scientia Angelorum, nam actus scientiae infusae anime Christi erat clarior, & certior, & magis comprehensivus obiectorum etiam naturalium, quam actus scientiae infusae Angelorum respectu eorundem obiectorum; Addit tamen Doctor, quod hac cognitio actualis abstractiva fit ex ea parte consideratur, quia ab intellectu procedit, non potest esse perfectio Angelica, quia intellectus anime Christi non fuit perfectissimus inter creatos; ergo quanto ista causa est imperfectior ceteris partibus, tanto intellectus est imperfectior ex hac parte; Hoc tamen non impedit, quin adhuc hoc cognitio possit absolute dici perfectior Angelica, & in suo genere perfectissima; quia est intellectualitas anime Christi desiccat, & fit minor intellectualitate Angeli, tamen hic desiccatus superflerit quae ex perfectione speciei; Unde si causa totalis est aequalis, aequalis quoque effectum casualis si vero excedit, perfectiorer producat effectum; & quia debemus animae Christi perfectissimas tribuere species de potentia ordinaria producibiles, ut diximus de gratia; ideo absolute perfectior erit actualis scientia anime Christi, quam Angelorum, loquendo de cognitione abstractiva, quae fit per species, quia perfectio specierum non solum supplet excessum perfectionis in potentis Angelicis, verum etiam longe superabit, de scientia vero intuitiva aliter est dicendum, quia haec non habetur per species, sed immediate pariter ab obiectis, ut dicemus *qu. seq.*

25 Sed Obicit, species commensurari debent cum naturis; at natura Christi humana est imperfectior Angelica; ergo &c. Respondetur, quia Scotus negat scientiam infusam Christi esse per se talem; ergo debet dicere istas species non esse Angelicae perfectionis; consequenter autem, quia si sunt perfectiores, iam postulat ut supra natura infundi, nec virtus natura acquiri poterat. Demum, quanto aliqua scientia est immaterialior, tanto est perfectior; sed scientia Angelorum est immaterialior, quam scientia anime Christi, quia anima Christi est actus corporis, & habet conversionem ad phantasmata, quod de Angelis dici non potest; ergo scientia Angelorum perfectior est, quam scientia Christi.

26 Resp. negari posse assumptum, quia species potius commensurari debent obiectis, quae representant, quam naturis quas informant; sed etiam hoc concessio potest dici ad minorem, quod est natura humana Christi unde considerata sit imperfectior Angelica, non tamen, ut unia Verbo. Ad Confirmationem non negat universaliter Doctor hanc scientiam esse per se infusam, imò id ultro concedit de speciebus obiecta supernaturalia representantibus, & solum negat de speciebus obiectorum naturalium; Et rursum quamvis has neget esse supernaturales in substantia, adhuc tamen concedit esse supernaturales secundum modum, quod sufficit, ut dicatur perfectiores Angelicis in intentione, & claritate. Ad ultimum negatur minor, ad cuius probationem dicendum, quod licet anima Christi sit actus corporis, non tamen scientia eius infusa, neque fit per conversionem ad phantasmata ex natura sua, sed tantum per accidens, & per meram concomitantiam, ut supra declaratum est.

QUESTIO TERTIA.

Qua fuerit scientia acquisita in Christo, & qua per eam noverit.

27 Præter scientiam beatam, & infusam admittit etiam Theologi, & Patres in Christo tertium genus scientiae, quae dicitur acquisita, & est propria Vitorias, & communiter dici solet scientia experimentalis, in qua Christus Dominus progressu temporis professio dicitur Luca 2. *Præter istas profectus est etiam, & sapientia apud Deum, & homines, neque enim haec auctoritas exponenda est (inquit Scotus qu. 3. S. ad argumentum) ut tantum profecerit secundum apparentiam, quia secundum August. 83. qu. 9. contra Appollinatikas, Evangelistæ narrant hinc Mel. Tomus Tertius.*

forias, & ideo verba eorum vera sunt, ut exprimitur, non sic de aliis sermonibus tropicis Sacrae Scripturae; & hoc etiam declarat auctoritas Ambrosii in Epist. ad Hebr. quia verè in eo aliquis sensus profectus; Deinde id clare colligitur ex iplo contextu, quia dicit Christum profectum apud Deum, & homines; et apud Deum, ergo verè profectus, & non tantum opinione hominum; Tam quia dicit illum eodem modo profectum sapientia, sicut profectus erat, sed verè profectus etate; ergo etiam verè profectus sapientia.

Ceterum non eodem modo hanc scientiam acquisitam in Christo omnes explicant; Thomistæ namque aliqui hanc scientiam humanam, seu animae humanae conaturalem, quoniam perfectio gratiae non excludit perfectionem naturae, voluit fuisse in Christo industria, & in ventione acquisitam, & propriis viribus comparatam ministerio sensuum, & abstractione specierum intelligibilium a sensibilibus, virtute intellectus agentis, eo pacto, quod nos scientias acquirere solemus, sic enim D. Th. ex instituto docet 3. *part. qu. 9. art. 4. & qu. 12.* Alii verò dicunt ea ab initio conceptionis habuisse infusam per accidens, unde aliqui magis conquepientes loquentes ipsam vocant per se acquisitam, non verò acquisitam, cum fuerit ab instanti conceptionis anime Christi infusa quare exponens locum Lucae citatum, negat fuisse in Christo re ipsa aliquod scientiae verum augmentum, sed solum secundum ostensionem, & operationem. Scotus vero & contra *loc. cit.* contendit ex auctoritate Aug. & Ambrosii re ipsa profectus, non quod aliorum cognitionem abstractivam acquisiverit, nam supponitur hanc habuisse per species infusas, sed intuitivam tam actualem, quam habituales, secundum quod obiecta sese illi offerebant in propria existentia, quo tantum patio terminant notitiam intuitivam proprie dictam, quae est rei existentia, & in se immutabile praesens, & non tantum in specie, ut dicitur *art. 6. de Anima qu. 4. art. 2. & qu. 11. & 11. d. 6. de visione qu. 4.*

ARTICULUS PRIMUS.

Resolutio Quaestionis de obiectis huius scientiae.

28 Primum statuum est Christum per scientiam acquisitam 68 intuitivè, & in seipsis, ac in eorum reali, & actuali praesentia cognovisse omnia individua materialia, & immaterialia, quae unquam habuit praesentia, vel intra sphaeram suae activitatis naturalis, & sermo est de cognitione intuitiva in proprio genere, quia loquendo de cognitione intuitiva superioris ordinis, quae dicitur matutina, vel meridiana, sic ea cognovit in Verbo per scientiam beatam Conclusio est Scoti *qu. cit. & 1. disp. 3. qu. 11. & 4. disp. 5. qu. 2.* & probatur, quia cognitio intuitiva obiecti non potest haberi species, ut *disp. de Anima loc. cit.* ex professo ostendimus, quae rationes concludunt etiam de speciebus infusis, nam species infusa eodem modo representat obiectum, sive praesens, sive absens, ac eodem modo ad cognitionem cum intellectu concurrat; ergo vel semper notitiam pariter intuitivam, vel abstractivam; nec enim assignari potest ratio, cur nunc non, nunc aliam efficiat. Siquidem, quod dici solet, notitiam ab ea genitam in praesentia obiecti esse intuitivam, in absentia vero esse abstractivam, omnino frivolum est, ut *loc. cit.* ostendimus; Vel enim hoc, quod notitiam pariat intuitivam in praesentia obiecti, est ex natura ipsius speciei; & virtute, quam in infusione accipit, vel ex aliquo novo ex obiecti praesentia, sibi addito; Non primum, quia virtutem illam etiam in obiecti absentia exerceret, unde etiam tunc intuitivam pareret, quod etiam Adversarii negant; Neque secundum, quia explicari nequit quid sit hoc superadditum, vel adventens species ex praesentia obiecti. Quod si dicas hoc esse, quod obiectum, ut praesens terminat cognitionem, hoc enim ipso illa cognitio dicitur intuitiva. Neque id satisfact, quia hoc quod est obiectum, in se praesens terminat cognitionem est quid postea effectione ipsius notitiae; ergo neque notitiam consistere in esse cognitionis intuitivae, quae praetelligitur talis ante terminationem, unde proprie loquendo, & a priori notitia non dicitur intuitiva, quia terminatur ad obiectum in se praesens, sed potius contra terminatur ad obiectum in se praesens, quia est intuitiva; & atque ideo a priori dicitur notitia esse intuitiva, quia causatur ab obiecto in se praesente, non autem ut in specie, ubi habet tantum esse intentionale, & diminutum.

29 Ex hac doctrina sequitur, actum scientiae acquisitae non fuisse abstractivum, sed intuitivum ex maiori parte, quia cognitio abstractiva terminatur ad obiectum in specie, intuitiva verò ad obiectum, ut in se existens, & praesens; ergo si obiectum huius scientiae est singulare, ut in se existens, non erit eam abstractiva, sed intuitiva; Sequitur etiam Christum per hanc scientiam cognovisse hominum cogitationes, & secreta cordium, quando erant huiusmodi obiecta intra sphaeram activitatis huius cognitione intuitiva, & non tantum abstractiva per species

infusus, sic enim noscebat quoque cogitationes hominum valde à se distansium: Et quidem Christum ita intuitivè secreta cordium cognovisse plures Evangelia testantur, ut Lucæ 1. *scribas cognovit iuncti eorum*, & 11. *ut vidit cogitationes eorum*, & lo. 16. *cognovit iuncti eorum*, & 11. *ut vidit cogitationes eorum*. Neque dici potest hæc & similia testimonia intelligenda esse de scientia divina Christi, ut Dei, aut de beata, ut hominis; Quia hinc ostendi non possit, aliam scientiam fuisse in Christo præter beatam; ergo accipi debent de notitia actionibus proportionata; quare cum actionibus illis essent humane, & externæ, ac circa objecta creata in proprio genere, sic pariter ea notitia debebat esse consimilis: cum igitur infusa esse non potuerit, neque per species, quia objecta erant præsentia obitu Christi, consequenter asserendum est fuisse notitiam intuitivam, quæ est actus proprius scientiæ acquiræ; ut optime notavit Gallus in hac *quæst. 3. disp. 2. sect. 1.*

70 Secundo statendum est, intellectum animæ Christi per hanc scientiam non tantum intuitivè cognovisse individua, & singularia omnium rerum creatarum, quæ successivè se illi offerbant præsentem, sed etiam ipsas naturas, & quidditates. Hanc conclusionem ponit etiam Gallus *loc. cit.* & inquit fortasse Scotus fuisse futuram singularem, & novam, esse tamen Scoti in hac *quæst. 3. d. 1.* inquit loquendo autem de cognitione intuitiva, quæ est de natura vel de singulari: Mihi tamen minime nova est, qui *disp. 6. de Anima quæst. 3. art. 1. d. 1.* quod licet natura in se considerata, prout à singularitate præcindit, multis videatur duntaxat obiectum idoneum cognitionis abstractivæ, verius tamen est ipsam quoque, ut sic à singularitate præcindit esse posse obiectum cognitionis intuitivæ, pro quo Doctorem citavi in hac *3. quæst. disp. 1. 4. ad questionem ubi supponit tam de natura, id est, quidditate, ut abstracta à singularitate, quam de ipso singulari posse haberi notitiam intuitivam: ac rursus *disp. 5. quæst. 3. ad 2. prin.* ubi inquit, quod licet natura non nisi in singularibus existat, existentia tamen actualis primò convenit naturæ, non enim hæc natura est existens formaliter, quia hæc, & naturam ut sic existentem ait intuitivè ab intellectu separato cognosci posse: & ibidem breviter expedit difficultates, quæ in oppositum solent urgeri, & idem intellectum separatum ex quidditatibus sic intuitivè cognitis posse acquirere species, quæ naturas eadem abstractivè etiam representent: Quare minus rectè nonnulli Scoti negant, naturas, & quidditates fuisse Christo notas etiam per scientiam acquiram intuitivè.*

71 Tertiò statendum est, hoc quod intuitivè cognovit singularia omnia, quæ illi aliquando fuerunt præsentia, habuisse etiam consequenter cognitionem rememorativam illorum, quam notitiam Doctores *loc. cit.* appellat intuitivam imperfectam, quatenus non totaliter abstrahit ab existentia, sed eam aliquo modo conatuerit. Probatur, quia licet Christus ab instanti conceptionis cognitionem habuerit omnium præteritorum per species infusas illas representantes, hæc tamen cognitio non dicitur rememorativa, vel memoria, sed simplex præteritorum cognitio, & ratio est, quia recordatio, cuius principium est memoria, est cognitio alicuius actus præteriti ipsius recordantis, in quantum præteriti, unde Doctores *4. disp. 4. quæst. 3.* duplex assignat recordationis obiectum, proximum, & remotum: proximum est actus ipse præteritus, qui speciem sui in potentia intellectiva impressit, per quam concurret ad alium recordationis; remotum vero est res illa, quæ fuit obiectum illius præteriti actus, & quia hic actus ad recordationem concurret per speciem sui in intellectu relictam, idè recordatio appellatur actus imperfectè intuitivus, & proprie abstractivus, ut declaratum est *disp. 8. de Anima quæst. 8. art. 4.* Ex quo sequitur, memoriam Christi fuisse illorum duntaxat præteritorum, quæ prius fuerunt ipsi intuitivè cognita in propria existentia, & hæc memoria verè, & proprie scientia acquirita dici debet, quia actum intuitivum supponebat, ubi aliorum præteritorum cognitio fuit infusa, quia eam habuit ope specierum in instanti conceptionis infusarum.

72 Aliqua etiam futura dixerunt, aliqui cadere sub obiecto scientiæ acquiræ, illa nimirum quorum habuit Christus antecedenter aliquid signum coniecturale præsens, & moventur ex verbis Doctores, qui post declaratam cognitionem obiectorum abstractivam per species infusas habitam, sermonem postea instituent sub lit. C. de cognitione intuitiva rerum in proprio genere, illam distinguunt in perfectam, & imperfectam, & hæc ait esse duplicem, nempe memoriam de præterito, & opinionem de futuro. Probabilis tamen est, ut inquit P. Bellarus *disp. 11. cit. g. 4.* nullum futurum ad hanc scientiam acquiram pertinere, quia hæc cognitio de illis per signa, & coniecturas precedentes est imperfecta, dubia, & obscura: Quare cum Christus de futuris cognitionem certam, & clarè haberet in Verbo, ac etiam in genere proprio per infusionem alicuius conceptus representantis illud futurum cui aliquo lumine supernaturali, non autem per species, ut declaratum est *n. 4.* talem notitiam opinativam, & coniecturalem ad scientiam acquiram

statam pertinentem admittere in Christo non debemus: nam licet duæ scientiæ diversis ordinis de eodem obiecto non repugnent in Christo, nempe matutina, & vespertina, seu notitia rerum in Verbo, & in genere proprio, ut dictum est *g. 2. n. 18.* artem scientiæ, & opinio non sunt inter se impossibiles ex dictis *disp. ul. Logicæ g. 2.* Neque urget, quod ex Doctores *loc. cit.* asseratur, imò potius oppositum inde deducitur, quandoquidem cum distinctionem præmississet duplicis cognitionis intuitivæ imperfectionis, memorie nimirum de præteritis, & opinionis de futuris, applicando deinde ad Christum, de opinione futurorum nec quidem verbum habet, sed solum de memoria præteritorum mentionem facit, quam inquit esse præteriti apprehensivam, præteriti, & inquit, quod hoc modo Christus per experientiam didicisse dicitur multa, hoc est per cognitiones intuitivas illorum cognitiorum quantum ad existentiam, & per memorias detestatas ab eis.

Quartò statendum est, hanc scientiam fuisse in Christo ab instanti conceptionis, & progressu temporis auctam, & probatur, nam ratio, cur intellectus noster in infantili ætate talem notitiam cognoscere non possit, est quia cum in usu operationibus sit sensibus alligatus, & nihil est in intellectu nostro, quod prius non fuerit in sensu, quandoquidem in ea tenerima ætate sensus, qui ad hanc sperimentalem scientiam deservit, non sint apti, & integre constituti ad illa munera obeunda, non potest intellectus eam acquirere sensuum ministerio: Sed hæc ratio non militat in proposito, quia ut supradictum est intellectus animæ Christi non fuit sensibus alligatus, neque in intelligendo indiguit conversatione ad phantasmata: ergo nedum in infantia, sed etiam, dum in utero clauderetur, & à primo suæ conceptionis instanti, poterat cognoscere omnia singularia debite illi approximata tam materialia, quam immaterialia in propria existentia. Confirmatur ex P. Bellari, quia si sensus auditus in præterito Jo. Baptista fuit miraculosè capax verborum B. Virginis in salutatione Elisabeth, dum adhuc in utero gestaretur: & a fortiori de Christo asserendum est, potentias quoque ipsius sensitivas fuisse confortatas ad eliciendas perfectas sensationes. Verum tamen est, quod temporis progressu sicut nova obiecta se illi offerrebant, ita novas cognitiones intuitivas, novales memorias acquirere, quæ sensu intelligendum est illud *Luc. 2. *Et res sensus proficiebat ætate, & sapientia apud Deum, & homines.**

Quintò etiam statendum est, hanc cognitionem intuitivam animæ Christi, seu acquiram, & experientialem non esse perfectiorem cognitione intuitiva, & acquiram Angelorum, ut supra dicebamus de abstractiva per species infusas habita, sed inferioriorem. Ita Doctores *disp. 14. g. 4.* & ratio est, quia ad hanc scientiam acquiram per notitiam rerum intuitivam non concurret ipsa, species infusa, vel obiectum in ea relictum, sed ipsum obiectum immediate in propria præsentia, & existentia: cum igitur in productione talis notitiæ non adit aliquid quod supplere possit defectum potentie imperfectioris, qualis est intellectus Christi in comparatione angelici, quemadmodum in scientia infusa supplebatur ex maiori specierum perfectione, sequitur necessario scientiam acquiram Christi imperfectiorem esse scientiam Angelorum acquiram.

Sed hic reclamant Caietanus dicens hanc vocem esse reprimendam, cum ponat Scotus sic loquens os in Cælum, & faciat Angelos perfectiores in cognitione ipso Christo, quod est absurdum, quia anima Christi est sublimata super Angelos, & quædò A. post ad Hebr. 2. dicit de Christo *omni minoratus ab Angelis* hoc intelligitur secundum corporis passionem, non vero secundum cognitionem. Sed hæc sunt vana puerorum terriaculamenta Caietani familiaria, dum in Scotum invehitur, qui solito supercilio omnia sibi licere presumpt, & nihil penitus Doctores nostri: Dicat quæso Caietanus, dum inquit species animæ Christi infusas esse Angelicis imperfectiores, cur non ponit os in Cælum faciendum Christum ex hoc capite perfectiorem in modo cognoscendi per species, cum tamen anima Ch. risti sit super Angelos sublimata, præsertim in gratuitatis, quales sunt species infusæ: Hæc itaque censura ex eo procedit, quod Caietanus Scotum non intellexit, ut Faber quoque advertit *disp. 38.* putavit enim cognitionem intuitivam ad cognitionem infusam pertinere, & ad dona supernaturalia gratuita animæ Christi infusa, in quibus utique Christus Angelos antecellit: hoc tamen iam ostendimus falsum esse, quia cognitio intuitiva per species haberi nequit, nec acquiram, nec infusam, sed tantum modo per obiectum in se præsens, vel in superiori obiecto illud eminenter continere ut in divina essentia que tamen non dicitur cognitio intuitiva in proprio genere, de qua hic est sermo, sed cognitio in Verbo, & matutina cognitio ergo intuitiva in proprio genere est de ordine naturali, & naturæ intellectus Christi commensurata; quæ cum supponatur esse imperfectior intellectui angelico, nec aliquid sit principium ad illud notitiam cum ipso concurrens eius imperfectiorem supplet, sequitur necessario cognitionem intuitivam

intuitivam animæ Christi esse imperfectiorem cognitione intuitiva Angelorum.

73 Sextò eandem, quoniam diximus Christum aliquam scientiam, ac rerum cognitionem propria exercitatione comparasse contra posteriorem dicendi modum Thomistarum ab initio questionis citatum *num. 67.* & aliquam inter idem genus scientiæ de suo genere acquiræ accepisse per infusionem à Deo, quam proinde infusam per accidens appellavimus, contra priorem dicendi modum ibi citatum; ad designandam aliquam huius rei regulam. Primò dici posset eorum duntaxat obiectorum species fuisse à Deo intellectui Christi infusas, quæ nunquam per externos sensus fuisset percepturus, vel quæ nunquam eius obitu futuri erant præsentia; non autem eorum, quæ aliquando ei præsentia esse debebant, atque idè in horum cognitione proficere potuisset, non tantum intuitiva, sed etiam abstractiva per species acquiras comparata. Nec valet, quod contra hoc urget Averia, quia hoc modo diceretur Christus caruisse tanto tempore magna parte huius perfectionis, arque idè tunc temporis aliqua ignorantia laborasse. Non valet, inquam, quia hoc totum bene evitatur per scientiam beatam, qua eadem obiecta perfectiori modo cognoscere; quare non poterat dici illius rei ignorantiam habere, quam per alioquin, ac nobilitatem scientiam cognoscere, sicut nec dicitur Astrologus ecclypsim Lunæ futuram per causam cognoscens, illam ignorare, ex eo tantum quod illam ex alterius testimonio non cognoscit, & hanc d. cendi modum sequitur Ariaga, *disp. 40. sect. 3. num. 21.*

76 Vel alio etiam modo dici posset, quem adhuc magis approbat Averia, & Scotus ipse infusasse videtur, Christum habuisse ab initio per infusionem à Deo omnem scientiam de suo genere acquiram omnium rerum naturalium quoad essentiam, & quidditatem, ac proprietates eorum; item quoad naturalem constitutionem, ac ordinationem Universi, quæ omnia in humanis scientiis additi solent, notitiam vero effectuum contingentium eius tempore occurrentium ab ipsis obiectis immediate præsentibus acquiræ temporis progressu; Primum quidem ex eo probatur, quia illa quidem est maxima perfectio scientiæ acquiræ, quæ Adamo per infusionem communicata fuit ex communi sententia, & in qua acquiescenda alii homines exercitio laborant illa ergò convenienter communicata fuit Christo per infusionem à suæ conceptionis initio: Posterius vero ex eo probatur Doctores, quia de effectibus contingentibus non potest, nec quidem per species infusas haberi distincta, & perfecta notitia, & præsertim naturali, ac humano modo haberi nequit, antè quam fiat, & quatenus consideratur sub esse futuro, ergò non cognoscere per scientiam acquiram contingencia futura, antequam essent, sed quando hi effectus actualiter ponebantur in esse, & erant præsentia, ita ut conaturali modo posset eorum acquiri notitia actualis, ac etiam habitualis per abstractionem speciei ab intellectu agente factam, non quidem totius complexiois, sed extremo eius cum tali, vel tali eorum inter se connectione. Neque enim est illi hæc naturalis operatio auctenda, cum absque ullo incommodo ei tribui possit, siquidem etiam Adam est ab initio omnes scientias naturales infusas habuerit contingentium tamen notitiam proprio exercitio acquirasivum; quæ tota doctrina admissum est Scoti *quæst. 3. cit. 5. ad questionem in fine.*

ARTICVLVS SECVNDVS

Soluntur Obiictees.

77 Sed Contra prædicta obiictees Primò per priori dicendi modo Thomistarum ab initio questionis relato, scientiam acquiram in anima Christi non tantum fuisse intuitivam, sed etiam abstractivam per species ab intellectu animæ Christi naturaliter acquiras, quia potentia perfectæ in quocunque sunt, possunt, in suos actus; sed in Christo fuit perfectissimus intellectus agens; ergò potuit species abstrahere ab obiectis. Confirmatur, quia intellectus agens non erat futurus otiosus in Christo, ergò exercere debuit operationem sibi propriam; ac hæc est producere species obiectorum intelligibiles. Tandem hæc scientia abstractiva de rebus per species ab ipsis erras acquiras est perfectio humane nature; ergò non est animæ Christi deneganda, cum præfabilibus sit aliquam perfectionem per se acquirere, quam aliunde accipere.

Respondet hoc argumentum posse etiam circa scientiam Adamæ urgeri; sed nos præsertim in proposito non urget de Christo, quia iam concedimus in ipso aliquam specierum acquirasitionem, ac scientiam abstractivam per tales species comparatam quoad eam partem, quam diximus, licet non quoad aliam; & licet cæteris paribus præfabilibus sit perfectionem aliquam per se acquirere, quam aliunde recipere, tamen absolute loquendo magis præfati illam antea habere per collationem ab alio, quam multo tempore ea carere, denec proprio exercitio

Meld. Tom. Tertius.

acquiratur. Sed Dies, non debent poni hanc scientiam Christi, partim à Deo infusam, & partim humano exercitio acquiras, quia sequeretur eorundem obiectorum fuisse in Christo alias species per accidens infusas, & alias verè acquiras: Tùm quia sic dicendo confunderetur scientia infusa, & scientia acquiras, quæ sunt diversi ordinis.

Respondet negando consequentiam, si dicamus eorum duntaxat obiectorum species habuisse infusas, quæ us nunquam ex præsentia obiectorum erat ope intellectus agentis acquirasurus. Neque confunduntur scientia infusa, & acquiras, illa namque quæ dicitur per se infusa, & supernaturalis quoad substantiam omnino differt ab acquiras, quia eius species non sunt viribus nature acquirasibiles; Quæ verò dicitur per accidens infusa, licet sit eiusdem rationis cum nostra acquiras quoad substantiam, adhuc tamen differt quoad modum acquisitionis.

78 Secundo obiictees, hoc absurdum sequi, quod fuerint in Christo eorundem obiectorum alia species per accidens infusa, & alia verè acquiras, tenendo quod dicitur *m. 76.* Christum habuisse ab initio per infusionem à Deo omnem scientiam de suo genere acquiram omnium rerum naturalium quoad eorum essentiam, & proprietates, sicut habuit Adam; probatur sequela, quia si Christus ullas species acquiras, utique tales acquiras, quales nos acquirasimus; sed hæc apte sunt nobis representare res naturales quoad essentiam, & proprietates earum; ergo eorundem obiectorum multiplicentur plures species, quod est superfluum, & absurdum.

Respondet hoc etiam argumentum fieri posse circa scientiam Adamæ, neque in proposito maiorem ingerere difficultatem, quam in scientia nostra acquiras, ut notavit Averia *g. 11. sect. 8.* in fine, postquam enim semel acquirasimus speciem alicuius obiecti, quando iterum idem obiectum in aspectum veniet, immitte de nouo suam speciem, & sic multiplicentur species acquiras eiusdem obiecti; Potest itaque in primis negari sequela cum eius probatione, quia Christus in temporis progressu non accepit à rebus species quidditatis, quæ ad scientiam pertinent, neque species singularium, quæ semel ab initio infusas habuit; sed tantum notitiam effectuum contingentium eius tempore occurrentium, secundum quod realiter occurrerant: sub aliqua præsentia requisita ad illorum notitiam humano modo acquirendam. Neque ullum absurdum est, quod si intellectui Christi interdum oblatum sit obiectum, cuius speciem infusam accepit, hoc rursus suam non impreterit speciem, nec intellectus agens eam eruerit: nisi ab aliquo agente potentia præveniente inductus fuit terminus, ad quæ esse potuit actio illius potentie, non poterit illa agere ad hunc terminum, non propter imperfectionem sui, sed propter ipsam terminum ab alio; ita Doctores *3. disp. 15. g. 3. §. contra conclusionem in fine.* quæ ratione etiam *3. disp. 3. g. 1. §. quarto dicit Angelum, in quo admittit intellectum agentem potuisse à rebus speciem accipere pro cognitione abstractiva, si non essent ipsi species concretae. Deinde concessa sequela adhuc negari potest absurditas, quod nempe sit inconveniens multiplicari species eiusdem rationis in eadem potentia, & præsertim representando novas aliquas conditiones, vel circumstantias obiecti, quæ ratione Doctores *3. disp. 8. g. unio. §. contra istam de facto concedit in organo phantasia plures eiusdem obiecti phantasticas species, alioquin destr. uita species alicuius imaginabilis non posset amplius illud imaginari: Aut igitur negandum est hoc esse inconveniens, aut dicendum per novam acquisitionem non addi novam speciem, sed priorem intendi, vel certo modo affici, & modificari: Et quicquid dicatur, tandem eodem modo explicandum id erit in scientia acquiras Christi, sicut in scientia nostra explicabitur, cum utrobique currat eadem difficultas, ut diximus.**

79 Tertiò obiictees, pro posteriori dicendi modo Thomistarum ab initio questionis relato, quod Christus à principio conceptionis habuerit infusam per accidens eam scientiam, quæ naturalis est animæ humane, & quæ viribus nature acquiri potest; Quia si per propriam inventionem, & modo omnino natura. In hanc scientiam sibi comparare debuisse, nunquam illam habuisse cum tota illa perfectione, quæ haberi potest, quia non potuit experiri res omnes, à quibus hæc scientia sumitur; quare si Adamo, & Salomoni infusa fuit hæc scientia, multò magis deuit infundi Christo, quem deicit non esse minus perfectè constitutum in ordine nature, quam Adamum.

Respondet gratis concedenda, Christum ab initio habuisse per infusionem à Deo omnem scientiam naturalem de suo genere acquiram, vel acquiribilem de rebus naturalibus quoad essentiam, & proprietates earum, quæ tota fuit cognitio abstractiva per species infusas habita; adhuc tamen sua exercitatione habuisse eorundem obiectorum notitiam intuitivam, eamque progressu temporis acquirasivè, secundum quod illa obiecta se illi offerbant præsentia, quia talis cognitio per species haberi non potuit, ac etiam notitiam effectuum contingentium

R 3

contingentium ejus tempore occurrentium acquisisse temporis progressu, nec opus est talem notitiam fuisse sibi inditam ab initio conceptionis per infusionem, cum quia talis cognitio scientifica non fuit, cum sit de singularibus, & contingentibus; tum quia per species infusas haberi non potuit, cum hac intuitiva cognitione immediata rerum in se presentiam depositat. Neque etiam inconveniens esset, si diceretur etiam aliquam partem scientiæ cognitionis proprio exercitio acquisisse, supposito quod eorum duntaxat obiectorum species accepit infusas, quæ nunquam eis obtineri erant obiectiva in propria presentia; sic enim adhuc salvaretur, quod scientias habuerit in tota perfectione, partim per infusionem à Deo ab initio, & partim per propriam inventionem in temporis progressu quo quidem pacto non tantum proficisse diceretur in rerum cognitione intuitiva, & contingentia, sed etiam in abstractiva, & scientifica.

Quarto ad idem, arguitur à simili, quia virtutes morales, ut iustitia, mansuetudo, temperantia, quæ naturaliter ex actibus honestis possunt generari, non fuerunt à Christo acquisitæ, sed à Deo infusæ; ergo idem sciendum est de virtutibus intellectualibus, cuiusmodi sunt scientia discursiva, ut Physica, Metaphysica, Moralis, Mathematica &c. consequentia patet, quia non erat magis impedimentum ad istas, quàm ad illas.

Resp. quod aliqui eandem esse aiunt difficultatem de virtutibus moralibus, quæ est de scientiis, unde si asserimus Christum scientias humanas acquisivisse possumus, etiam asserere, acquisivisse virtutes morales; & vicissim, si dicimus has infusas esse, licet de illis idem affirmare: Unde quia magis congruum est, quod Christus habuerit omnes virtutes morales de suo genere acquisitas infusas à principio, idem pari ratione præstabit dicere de scientiis, & virtutibus intellectualibus iuxta dicta n. 76. quo pacto scientia acquisita consistit in sola notitia intuitiva rerum in propria existentia, ac etiam effectuum contingentium quam acquisivit temporis progressu iuxta doctrinam præcedentis solutionis iuxta quam possumus etiam dicere, quod aliquid quæque partem scientiæ cognitionis proprio exercitio comparaverit, quia si ab initio omnes habuisset species intelligibiles infusas, etiam quæ sibi potuissent: nam virtute intellectus agentis ex phantasmatis abstracta non fuisset ipsius humana intellectio iuxta legem, & cursum naturalem; cum non fuisset elicta per speciem abstractam virtute intellectus agentis, qui naturaliter postulat ad intellectiorem humanam concurrere per abstractionem speciei intelligibilis ex phantasmatis; Et sic dicendo neganda est pars de virtutibus, & speciebus infusis, quæ deest Christum semper esse facilem ad omnia opera virtutis; ac non fuit opus cum esse ita completum ex parte intellectus ad omnes cognoscendos modos, quia eas species facili ex occurrentibus obiectis erat accepturus temporis decursu. Neque sequitur, non potuisse Christum, id ascendendo, dici plenum veritatis, ut appellatur à loan. cap. 1 ante scientiam propriis actibus comparatam. Siquidem cum omnes veritates, quas Christus per scientiam acquisitam comparare potuisset, perfectiori modo haberet per scientiam beatam, non poterat defectu huius scientiæ acquisita non dici plenus veritatis, nam huiusmodi scientia intellectus Christi novam veritatem non asserbat, sed tantum novum modum eam cognoscendi modo humano, & ad insiar novum.

Quinto, si potuisset Christus temporis progressu aliquam partem scientiæ de suo genere acquisire, vel acquisibilis comparare per species à rebus abstractas potuisset etiam à Magistris aliquid addicere medio sensu auditus, quia non est maior ratio deficientia ex obiectis comparata, ac per auditum; sed consequens ex contrâ Scripturam, & Patres ergo &c.

Respondeo negando consequentiam, non enim erat decens Christum ullam scientiæ acquisitam partem per eruditionem, & magistrum humano didicisse, cum omnium hominum, & Angelorum esset Præceptor, & Doctor, sed tantum per inventionem, & motionem ab obiectis; hoc enim nullam dicit imperfectionem in homine, quia res, & obiecta sunt signa, & voces divinæ sapientiæ; quæ Dei sapientia discere à Deo nulla est imperfectio, ita nec à rebus, quæ Dei sapientiam manifestant. Imò talem notitiam à rebus comparare non erat proprie dicere, hoc enim significat aliquid antea ignotum ab aliquo accipere, quod de Christo dici non poterat, qui per scientiam beatam hæc omnia perfectissime noverat; Quare sæpe dictum est nec scientiam infusam, nec scientiam acquisitam novam veritatem, & antea ignotam, intellectus humano Christi astruisset, sed novum tantum cognoscendi modum eandem veritatem.

Sexto tandem Thomistæ tam primæ, quàm secundæ opinionis arguunt contra id quod diximus, Christum per hanc scientiam acquisitam cognovisse, vel cognoscere potuisse non tantum obiecta materialia, sed etiam immaterialia ordinis naturalis, quia solam cognovit anima Christi per hanc scientiam ea obiecta, quæ ex phantasmatis cognosci possunt; phantasma-

ta autem solùm præsentant sensibilia, & materialia, ergo &c. Ex quo etiam deducunt non exercuisse actus prædictæ scientiæ à principio sui esse, sed more ceterorum hominum, prout arate, & processione temporis fieri aptus, quod erat scientia dependens à sensibus externis, & internis, qui in homine succellere perficiuntur ad exercendos proprios actus magis, & magis perfectos, ut patet in pueris, qui non statim ac deveniunt ad usum rationis, sunt apti ad dicendum quancumque scientiam. Unde etiam inferri Card. de Lugo *scilicet* n. 6. quod si danda esset Christo aliqua scientia naturalis infusa per accidens, ut plures contendunt Recentiores, dicendum potius esset, illam accepisse processione temporis, prout in die organum phantasiæ evadere magis aptum ad receptionem, & usum perfectissimum specierum talis scientiæ.

Respondeo, quævis illa doctrina sit communis, & plausibilis in Thomistarum schola, quod obiectum ad quatuor huius scientiæ acquisitæ sit omnia sensibilia, quæ ministerio sentium & intellectus agentis cognosci possunt; per species ab eis abstractas; Et tamen omnino fallam quia uti constat ex dictis n. 55. & 56. intellectus Christi non fuit alligatus sensibus, quæ ad libitum uti potuit phantasmatis, nedum in exercitio scientiæ infusæ, sed etiam acquisitæ, & moveri poterat in medium mediæntibus sensibus ab obiectis materialibus, & sensibilibus, sed etiam immediate ab ipsis obiectis immaterialibus, eorumque species recipere; ac speciebus ut intellectus agentis ab obiectis materialibus eratis sentium mysterio uti poterat ad libitum sine conversione ad phantasmata, & sicut intellectus separatus potest immediate intrinseca creati sibi debere approximata, tam materialia, quàm immaterialia, & species impressas ab illis recipere, ut dicitur *in* *diff.* de Anima separata, & *lib. 2. diff. 2. de Angelis*, ita omnino dicendum est de intellectu anime Christi, atque idem etiam ab initio sui conceptionis poterat hæc obiecta cognoscere per scientiam acquisitam. Verum tamen est, quod quia Christus affectu vitæ omnes operationes nature humane exercere, & humano modo ad veritatem Incarnationis ostendendam, & ut nobis per omnia similes appareret, ut legitur Apolosus, idem regulariter actus huius scientiæ exercere ministerio sentium, & per conversionem ad phantasmata more ceterorum hominum, ut colligitur ex verbis Luce 2. *Puer Jesus proficiebat erate, & sapientia*; hoc tamen non impedit, quia etiam ab initio exercere potuerit sine tale sentium ministerio.

QUESTIO QUARTA.

An Voluntas humana Christi fuerit in omnibus actibus libera.

Oportet esse questio de actibus præceptis, seu sub præcepto cadentibus, & de actibus non præceptis, seu non sub præcepto cadentibus, sed solùm sub consilio, accipiendo consilium proprie, prout ab omni obligatione præcedit, ideoque contra ipsum agens nullo modo peccare, nec moraliter, nec venialiter, nisi in faceret ex contemptu ex Scot. *diff. 3. q. 4.* quo pacto definitur, quod sit lex directiva, & indicativa solùm non autem obligativa, unde nemo peccare dicitur eo, quod Religionem non ingreditur, vel nubar, esto recta ratio ad dicere, & consulari. Et quoniam de libertate voluntatis Christi dicenda opera, quæ erant sub præcepto, satis dictum est *diff. 3. de Merito* q. 9. restat solùm hic agendum de libertate illius circa opera, quæ erant sub consilio; Quævis enim certum sit, & ab omnibus concessum Christum Dominum de facto, esse non fecerit optimum possibilem, quia actus possibilis possant esse perfectiores, & perfectiores in infinitum, tam in essentia, quàm in intentione; unde nec Deus potest creaturam ad perfectiã producere, quin adhuc fit habitus alia perfectior ex *diff. 10. Physic.* Et cuius tamen actus proprios in summa perfectione, quæ humanitas, & regulariter possibilibus erat, ita ut voluntas ejus semper fuerit conformis divinæ, tam in præceptis, quàm in divinis consiliis exequendis, & consequenter de facto nunquam Christum egisse minus bonum relicto meliori possibili, de potentia ordinariæ; Quævis inquam hoc totum certum sit ex Scripturis, & Patribus, nihil minus adhuc controversia est, an Christus, ut homo fuerit liber in exequendis consiliis, adeo ut potuerit non operari iuxta consilia in nam verò fuerit determinatus, nedum ad observantiam præceptorum, sed etiam consiliorum; & fieri dubitandi est, quia licet facere contra consilium proprie fariunt non sit peccatum morale, nec veniale; diximus, est tamen agere imperfectè in genere moris, sicut exequi consilium est perfectè agere; Quæritur ergo an Christus semper necessitatus fuerit ad perfectiora.

In hæc controversia tres sunt sententiæ, & extrinsecæ, & 89 una media; Prima extrinsecæ tenet Christum fuisse necessitatum ad perfectiora, ac proinde determinatum ad sequenda consilia non secus ac ad observantiam præceptorum, ita ut sicut non potest

potest peccare, sic neque potuit actum minus perfectum elicere; ita sentire videntur Suarez, Moncaes, Ragusa, Hurtadus, Bernad, & alij, qui eodem modo salvant libertatem Christi cum determinatione ad observantiam consiliorum, sicut eam salvabant eam determinatione ad observantiam præceptorum; & plerique præterea asserunt fuisse liberum, quia potuit peccare d' imperfectionem; alij verò adhuc specialiori modo hæc eam salvant dicunt, Deum omnia alia opera ab actionibus præceptis, consiliis nimirum, & supererogationis constituisse in arbitrio Christi, tam quoad circumstantias, quàm quoad substantiam, ita ut quod Christo erat placitum, hoc idem Deo erat magis gratum.

Altera sententia extrema docet Christum fuisse omnino liberum quoad observantiam consiliorum divinorum, ita ut potuerit non observare, & consequenter negare, Christum fuisse semper ad perfectiora necessitatum, ac determinatum; ita Vasquez, Valentia, Sala, Arriaga, Amicus, & alij. Tertia tandem sententia media docet, Christum moraliter quidem fuisse ad observantiam consiliorum determinatum, ac ad meliora necessitatum, ita ut fuerit moraliter impossibile non exequi divina consilia; sententia tamen, sed spectata physica ipsius potestate fuisse liberum, ac indeterminatum, unde libertatem Christi in observantia divinorum consiliorum salvant per illam physicam potentiam; quod explicat exemplo venialium, quæ omnia possumus vitare cum auxiliis ordinariis etiam collectivè sumpta quoad potentiam physicam, licet moraliter sit impossibile; & adhuc tamen liberè constituantur in particulari, & singillatim propter illam physicam potentiam; ita Cardinalis de Lugo *diff. 26. scilicet* 10. & alij Recentiores, & ex nostris Poncius *disput. 29. quest. 1. num. 103.* quam physicam potentiam ad oppositum eligendum dicunt sufficientem esse ad fundandam libertatem in genere laudis, & meriti.

ARTICVLVS PRIMVS.

Resolutio Questionis.

Licet hæc questio, quatenus tangit actus præceptos, satis tenentur actus non præceptos, sed solùm sub consilio cadentes, parum, vel nihil habere apud illos, sed solùm à Recentioribus spectari; & sensus est, an Christus, ut Homo, potuerit elicere actum minus perfectum, omnino perfectiori; & quæto a raro dubitandi est, quom inuimus, quia nempe elicere actum minus perfectum relicto perfectiori, est agere imperfectè in genere moris, & ex nostris Christi sanctitas videtur repugnare cum omni imperfectione moralis; advertendum est imperfectionem moralem dupliciter lumen posse, vel positivè, vel tantum negativè, primo modo sumitur, quatenus includit peccatum morale, aut veniale, vel etiam quatenus dicit aliquam oppositionem cum lege etiam non obligantem ad ullum peccatum, qualis reperitur in transgressione quarundam Regularum apud Religiones quædam, quas dicunt non obligare nec etiam sub veniali, talium enim Regularum transgressio adhuc dicit imperfectionem moralem, & indecentem, quia Religiosus illas non observans, licet non peccet, adhuc tamen est aliquo reprehensione dignus, imò peccantia illi solet imponi. Talem itaque moralem imperfectiorem positivam dicimus repugnare Christo, tum ratione unionis, tum ratione visionis beatæ salutem de potentia ordinariæ loquendo. Secundo modo sumi potest negativè, quæ imperfectio moralis negativæ in eo consistit, ut non fiat summum opus, quod fieri poterat, & in hoc sensu actus minus perfectus, ille nimirum qui habet minorem honestatem obiectivam, vel minus in intentionem formalem, proprie dici non debet actus imperfectus, quia sic videretur includere imperfectionem moralem positivam, sed solùm dici debet actus minus perfectus comparatione perfectioris, & talem perfectionem moralem negativam dicimus Christo non repugnare, nec physicè, nec moraliter. Hec prænotato.

Dicendum Primo, Christum habuisse potentiam physicam ad eligendum opus consilij, vel supererogationis minus perfectum, nec in hoc sensu fuisse ad perfectiora determinatum, ac necessitatum, ubi nomine potentia physice iuxta communem explanationem eam potentiam intelligi, quæ ratione difficultatis annexæ nunquam ad actum reducitur, adhuc tamen sufficit ad libertatem simpliciter, qualis potentia datur ad vitandum omnia venialia collectivè cum auxilij ordinariis, licet nunquam vitentur propter defectum potentie moralis. Hæc assertio statuitur contra primam sententiam, quam tenet Card. de Lugo *loc. cit.* & probat ex communi fundamento secundæ sententiæ, quia si semel in Christo admittatur physica determinatio ad optimum, & ad perfectiora semper, iam non manet in eo libertas sufficiens ad laudem, & premium, quæ quidem

appellatur libertas moralis, non quia supponat potentiam moralem ad oppositum, sed quia est in genere moris, & reddit actum in æstimatione prædictum dignum laude, & gratitudine, & premio; hæc autem libertas non est, si præcederet determinatio omnimoda ad optimum; ut ergo maneat in Christo libertas ad meritum, necesse est ponere in ipso latentem potentiam physicam ad oppositum; sicut ad hoc, ut in peccato veniali sit libertas sufficiens ad demeritum, & culpam, necesse est ponere latentem potentiam physicam ad oppositum, quæ potentia bene fiat cum certitudine actus contrarii; ita arguit Card. de Lugo *loc. cit.* quod appellat unicam, & gravè fundamentum huius asserti.

Verùm licet hæc ratio efficax sit in principiis. Adversariorum, ut mox dicemus; tamen in principiis nostris non convincit, quandoquidem nos ponimus Christum, fuisse determinatum physicè ad observantiam præceptorum, sicut physicè dicimus eum impeccabilem, & non moraliter tantum, & adhuc asserimus; eum mervisse in tali observantia, quia cum ex speciali privilegio fuerit simul Viator, & Comprehensor, ex speciali etiam dispensatione factum est, ut in eo ad meritum sufficere sola libertas remota ad operandum, & non operandum, licet in homine puro Viatore hæc sola non sufficiat, sed requiratur libertas, & potentia physica proxima ad operandum, & non operandum; ut ex professo ostendimus *diff. 3. de Merito* q. 9. n. 389. & sequent. ita ergo potest dici in proposito de actibus non præceptis, & solùm sub consilio cadentibus, quod etiam non tenentur in Christo determinatio omnimoda ad optimum, & negatur potentia physica proxima ad opus minus perfectum; adhuc tamen salvaretur in ipso libertas ad meritum sufficiens, per solam potentiam remotam ad exercendum tale opus minus perfectum ob speciale privilegium Christi, quod eleganter deducit Doctor 3. *diff. 18. quest. unice.* ex ipsa dignitate Mediatoris, & Redemptoris ut *loc. cit.* declaratum est. Hæc tamen ratio optime concludit in principiis Adversariorum requirerentium ad rationem meriti non tantum potentiam physicam remotam ad oppositum, sed etiam proxiam, quæ sane in Christo salvari nequit, si semel omnimodè supponatur determinatus ad optimum ex vi unionis hypostaticæ, vel beatificæ, ut facile ostendit potest refutando singulos modos, quibus nituntur Auctores prima opinio libertatem ad meritum sufficientem cum tali omnimoda determinatione componere.

Non enim in primis salvari potest libertas ad meritum sufficiens dicendo, Christum determinatum fuisse ad optimum, sed tamen liberum, quia inter actus optimos, potuit elicit hæc, vel illum, quorum neuter erat melior altero, & per consequens hunc elegit liberè, cum posset illum non eligere; Hæc enim libertas, vel indifferens ad hunc, vel illum actum optimum non sufficit ad meritum, alioquin etiam in Beatis modo debere meritum admitti, in quibus talis indifferentia reperitur, ut arguam *diff. 3. cit.* n. 155. Tum quia libertas ad solam individuum cum necessitate physica ad speciem non sufficit ad meritum, ut ostendit *diff. 8. cit.* q. 10. n. 414. Neque salvari potest libertas hæc, quemadmodum discurrebant de operibus præceptis, quod Christus determinatus fuerit ad substantiam actus optimi, non autem ad circumstantias, quæ simpliciter erant in eius libertate. Nam quando etiam hæc solutio valeret in observatione operum præceptorum, quod tamen impugnatum est *diff. 3. cit. num. 369.* in causa nostro locum habere nequaquam potest cum eum iuxta primam opinionem Christus datur determinatus ad actum optimum, iam eo ipso intelligitur determinatum ad exercendum opus supererogationis, vel sub consilio cadens ex meliori motivo, summa intentione, & opportunitate tempore, quo iudicabit illud esse exequendum; unde nulla ei relicta fuisset libertas neque quoad substantiam, neque quoad circumstantias. Nec etiam salvari libertas ad meritum sufficiens, quia Christus potuit petere dispensationem. Nam quando etiam hæc solutio valeret in observatione operum præceptorum, quod tamen impugnatum est etiam *diff. 3. cit. n. 376.* in casu nostro equum habere locum, quia actus optimi, de quibus hic est sermo, non cadunt sub præcepto, sed tantum sub consilio, ideoque nulla egent dispensatione, cum nulla ad sit obligatio. Tum quia vel petio dispensationis ieiunii, verbi gratia, erat æque grata Deo, ac consilium de ieiunio, vel magis grata, vel minus grata; non primum, quia non potest esse consilium de aliqua re, & de opposito eius, si minus grata; ergo quia Christus potuit proximè determinatus in actu primo ad faciendum, quod magis Deo placeat, & optimum, non poterat dispensationem petere, & consequenter nec liberè ieiunare; si tandem erat magis grata, ergo eadem ratione non poterat non petere dispensationem.

Nec etiam salvari libertas ad meritum requirita distinguendo opera consilij ab operibus supererogationis, & quoad priora negando liberum fuisse Christo oppositum ei, quod erat sub

Mald. Thom. Terent.

consilio, impleti; quoad posteriora vero concedendo liberum ei fuisse oppositum eligere. Nam eadem est ratio de operibus sub consilio, & supererogationis, siquidem eodem modo poterat illa Deus consulere Christo, ut libere exercenda in ratione obsequii meritorii. Tum quia absolute loquendo consilio omni precepto, & consilio explicito Dei non potest omitti actus perfectior, & ferventior sine aliqua imperfectione morali, quam saltem de facto Christo repugnare etiam ipsi Adversarii concedunt. Nec denique salvatur libertas dicendo, Deum omnia alia opera ab operibus preceptis consilii scilicet, & supererogationis constituisse in arbitrio Christi, ita ut quod Christo erat placitum, hoc Deo, erat magis gratum. Hoc enim expresse repugnat Scripturam non exaggerat, si voluntas humana Christi talem habuisset potestatem, ut quicquid sibi placeret, hoc esset Deo gratissimum. Tum quia hoc potest videri totum nostrae Redemptiois negotium, vel saltem principaliter, ab humana Christi voluntate dependens, quod nec divinae providentiae, nec Scripturarum Sacris confirmum videtur.

Deinde adhuc magis a priori probatur conclusio, quia licet ob extremam sanctitatem, qua Christi humanitas redditur Deo amabilis negemus in ea humanitate ullum posse reperiri peccatum, aut imperfectionem moralem; non tamen necessarium est, ut ei humanitatis perfectiones omnes positivae tribuamus; ergo nec erit necessarium, ut ei tribuamus nobilissimos actus virtutum, qui fieri possunt.

Confirmatur, quia idem in actibus preceptis diximus Christum non habere potentiam physicam proximam ad eorum omissionem, quia hinc sequeretur, Christum posse peccare, & esse capacem moralis imperfectionis positivae; ac hoc absurdum non sequitur in proposito, si actum minus perfectum elicitur omissione perfectiori, si utrumque sit opus consilii, vel supererogationis, nam actus minus perfectus comparatione perfectioris non dicit imperfectionem moralem positivam, sed tantum negativam, quae Christo non repugnat, ut declaratum est ab inquisitionibus arcaicis; ergo ad intendendum in Christo potentiam proximam ad actus minus perfectos elicendos nullam sequitur inconveniens.

Respondet Huradus, in Christum non posse cadere omissionem aliquis actus, qui a Deo vel solo consilio peatur, quia eo ipso esse Christus repraesentabilis, sicut in Religione est repraesentabilis ille, qui regulas non servat, est ille non obligat sub ullo peccato. Sed contra, quia in hac responsione est manifeste disparitas de Regulis in Religione; & de operibus consilii in sensu, quo de consilio hic loquimur, quia est quaedam Religiois regulae, nec sub vena obligent; Religiosus tamen eas transgrediens est repraesentatione aliqua dignus, quare illarum omissionem imperfectionem moralem positivam importat, ac indecentem; ac secularis uxorem ducens, omnimodo Religiois ingressus, nulla repraesentatione est dignus, & reprensibilis, est factus contra consilium, ut Religiosus ille; ergo male confunditur opera consilii, de quo hic loquimur, cum operibus illis, quae sine repraesentatione, & culpa aliquam possunt omitti; hinc enim opera nullam prorsus imperfectionem imperfectionem important, quae deest, sed solam negativam imperfectionem imperfectionem, quae quidem maior perfectio, licet importet quid melius, & gratius Deo, tamen a Deo nec dicitur sub vena non Imperatur, sed nec quidem sub imperfectione ulla, & indecentia, sub qua imperatur ea, quae per Regulas etiam ad veniale non obligantes imperantur, si tamen doctrina de huiusmodi Regulis vera est, de quo dubitavi *disp. 2. c. 1. n. 367.*

Tandem probatur, quia Deus ipse non determinatur ad optima, & perfectiora eligenda ad extra, non enim tenetur ad habendos actus ad extra obiective perfectissimos; sed potest habere actus minus perfectos ratione obiectorum minus perfectiorum, quae amare potest perfectioribus relictis; ergo tanto minus humanitas Christi erit determinata ad tales actus; nam etiam potest unionem et capax carere multis perfectionibus, quibus aliquis Deus carere non potest.

Respondet Poncius negando, consequentiam, quia perfectio infinita actus divini facti, ut quamvis non tendat in perfectissimum obiectum, non fit tamen minus perfectus, quam si in illud tendere; unde non est, necessarium ad summam perfectionem, quam Deus potest, & debet habere, quod tendat in obiectum perfectissimum ex natura rei; sed actus humanitatis Christi non est infinitae perfectionis; unde si non tendet in perfectissimum obiectum, non est minus perfectus, quam potest habere, esse imperfectus. Sed Contra; quia licet meritum Christi esse circumstantia personae non accipiat in similitudinem simpliciter, quia tunc

unum opus non foret melius alio, adhuc tamen ex hoc capite nullum melius possit excogitari opus, ut ex hoc capite saltem ex hoc capite quilibet actus Christi dicitur perfectissimus, quamvis unus tendat in perfectissimum obiectum, quam aliter, quia ratione dicitur *disp. 1. c. 1. n. 31* a quod valore ex dignitate personae desumptum omnia Christi opera esse aequalia, licet non ex aliis capitibus. Tum quia licet ex parte obiecti talis actus non habere omnem perfectionem, quam posse habere, idcirco ex hac parte dicitur imperfectus, hac tamen non dicit imperfectionem moralem positivam, sed tantum negativam, quae nullam importat indecentiam Christo repugnantem.

Respondent alij, Christo non ea praecise ratione repugnare, carere eisdem actibus perfectioribus, quia ea carencia sit ablatio perfectioris, sed quia se opponeret voluntati Dei eos actus petenti, vel consentienti; hanc autem oppositionem solam esse, quae Christo repugnat. Sed hanc quoque eversionem optime praeccludit Arriaga *loc. cit.* quia cum ea volitio Dei non inducat ullam obligationem culpae, aut moralis indecentiae, non videtur oppositio cum illa ullam habere indecentiam, quam puram carenciam perfectionis moralem, seu privationem illius actus, sed iam ostensum est, hanc carenciam, aut privationem secundum se simpliciter non repugnare Christo, quia est ei repugnare omne peccatum, & malum, non tamen debentur illi omnes perfectiones positivae.

Respondet tandem Cardinalis de Lugo, his rationibus solum probari, physicè loquendo, Christum Dominum esse liberum ad tam omnimodiam actuum perfectissimorum, non tamen probari eum habere eamdem moralem libertatem; nam in omni sententia homo in pura natura non potest naturaliter gravem supererogationem, & tamen ei non resistendo peccat moraliter, unde gratis concedit in voluntate Christi potentiam physicam ad eligendum opus supererogationis minus perfectum; sed quia ratio de difficultate auctorae hac potentia ad actum reduci nequit, negat potentiam moralem. Ad cuius solutionis impugnationem ponitur secunda conclusio.

Dicendum secundum, Christum habuisse quoque liberatam moralem ad id, quod minus bonum est. Probatur, quia ea necessitas moralis, & determinatio ad actus perfectiores ex nullo capite potest in Christo probari, imò ut notat Arriaga *loc. cit.* ipse Christus in horrore orans videtur contra id offendisse, si enim ea summa necessitate moraliter voluntas ipsius affecta fuisset erga mortem, & passionem acceptandam, profecto non dixisset *si possibile est, transiit a mecalix ipse*, id est non dicitur maximam habuisse difficultatem in eo calice accipiendo, non vero e contra summam difficultatem in non accipiendo. Hoc etiam evidenter probat tertia ratio adducta pro praecedenti conclusione, nam si Deus ipse non est indifferens cum lux sanctitatis necessitatem moraliter ad id, quod optimum est, multo minus ad id necessitatem humanitas Christi, nec ut unionis hypostaticae, nec beatitudinis, quae cum realiter ab ea distinguantur, non tam valent ad eam determinationem causandam, quam identitas cum ipsa sanctitate. Denique est Christus de facto in operando semper elegit, quod melius, & perfectius omnibus pensatis sibi videbatur, ita tamen hoc fecit, ut semper potentiam proximam ad oppositum eligendum haberet sufficientem ad libertatem in genere moris, & laudis; ergo talis potentia proxima necdum physice censeri debet, sed etiam moralis; & antecedens patet ex prima conclusione, & ab ipso Cardinali de Lugo conceditur; probatur consequentia, quia hoc semel admisso, restat sola questio de nomine, quoniam potentia sit sufficiens, ad libertatem in genere moris, physice, & a moralis, unde abstracto ab his vocabulis praestat absolute dicere, fuisse in Christo potentiam proximam ad oppositum eligendum sufficientem ad fundandam libertatem in genere laudis, & moris, qualem potentiam non concedimus in Christo ad oppositum in observatione praepiorum; unde saltem hac ratione potentia moralis appellari potest.

Confirmatur, quia licet facile possit ostendi, cur in actibus praepiorum sit Christi voluntas determinata ad oblationem praepiorum, & necessitata ad peccata carenciam, quia nimirum illi Deus non parat concilium indifferenter ad peccandum, & omittendum actum praepiorum; non tamen ita facile ostenditur potest Christum moraliter necessitari ad optimum, quia in ordine ad omittendum vel non omittendum illum actum perfectionem habet Deus concilium indifferenter, seu ad utrumlibet paratum; ergo explicari non potest, cur sit ei moraliter impossibile, illum actum perfectionem omittente. Neque valet ad explicandum exemplum a Lugo adductum de homine in pura natura, qui non potest naturaliter gravem supererogationem, & tamen ei non resistendo peccat moraliter. Non valet, inquam, quia in nobis difficultas illa, quam habemus ad resistendum gravi tentationi, potest clare intelligi, ex ipsa

tentationis vehementia ut inquit: Arriaga, quae alliciter voluntas, aut ex difficultate obiecti per intellectum proposita, ac in casu nostro ex nullo capite probari potest talis difficultas in Christo ad actum perfectionem orientem tamen quae idem in ipso ad rationem omissionem ea ratione quae admodum potentia physice proxima sufficiens ad libertatem in genere moris, ita etiam admitti potest potentia ipsa moralis, quae etiam talis appellari potest etiam de facto ad actum deducta non fuerit quod si hac de causa praecise illam moralem appellare nolimus, ut placet Cardia, de Lugo, hoc erit quod ratio de ipso nomine.

Respondet, difficultate id negari de facto in Christo, nisi ponendo in actu primo aliquam determinationem, vel necessitatem ad operandum perfectiori modo, quae determinatio partem provenire potest ex unionis hypostaticae partem ex visione beata. Sed plane hoc totum gratis omnino dicitur, sicut enim in Scriptura dicitur, Beatus vir, qui potuit transgredi, & non est transgressus, facere mala, & non fecit, & hoc totum bene concipitur absque ulla determinatione, & necessitate ad non transgredendum, & non peccandum; in illa in proposito bene affirmari potest Christum in operando semper praestitisse, quod melius, & perfectius omnibus pensatis sibi videbatur, absque aliqua determinatione, vel necessitate ex unionis hypostaticae, & visionis beatae potest provenire determinatione, & necessitate extrinseca ad non peccandum, nec aliquam moralem imperfectionem contrahendum; minime tamen opus est, quod ab eis proveniat determinatio, & necessitas ad optimum, quia in electione minoris boni omnino maiori nulla sequitur imperfectio moralis positivae, ac indecens in eligente, sed tantum negativa ut supra dictum est.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Solvuntur Obiectiones.

In oppositum Primo obicitur, summa sanctitas Christi repugnat cum imperfecto morali a quo non facere, quod optimum est, imperfectio est moralis, ergo repugnat cum sanctitate Christi. Cohæret quia a sanctitate communicata Christo est maxima, quae esse potest, ergo debet eam perfectionem continere, & determinare humanitatem ipsius ad amandum, quod est optimum. Denique eadem ratio ita communicata humanitati, quae in Deo est, potest illi Deum determinat ad actum optimum, qui excogitari a quo ergo determinabit quoque humanitatem.

Respondet ex dictis sanctitatem Christi repugnare cum omni imperfectione morali positivae, quae mirum aliam secum fert indecentiam, non autem cum imperfectione morali purè negativa, qualis est non facere, quod optimum est, quia Christo non debetur necessarii omnes perfectiones positivae. Ad Confirimationem concessio antecedente negatur consequentia, quia si sanctitas increata non determinat Deum ad habendum simpliciter nobilissimum actum, considerata enim tum ad perfectionem, quae desumi potest non solum ex identitate cum infinita perfectione divina, sed etiam ex ordine ad nobilissimum, & perfectissimum obiectum, tantum minus id facit sanctitas creata Christi circa eum suos, alioquin dicendum est omnes eius actus fuisse in perfectione aequales, quod tamen falsum est, quamvis enim considerata perfectione, quam ex persona operante accipiunt, omnes sint aequales, tamen si considerentur actus illi secundum totum, quod habent tam ex parte operantis, quam ex parte obiecti amari non habent omnimodam inter se aequalitatem, signum evidens sanctitatem Christi non determinat voluntatem ad id, quod optimum est simpliciter & absolute, cum habeat actus magis, vel minus aequales in perfectione. Ad ultimum, communicata est humanitati Christi eadem sanctitas, quae in Deo est, per unionem, & participationem, non vero per emanationem, & essentialitatem, praeterquam quod falsum est etiam Deum esse necessitatum physicè, vel moraliter ad id, quod optimum est, ut constat ex dictis.

Secundo obicitur, Christus in sanctitate fuit perfectissimus, & irreprehensibilis; ergo non poterat facere contra consilia divina, probatur consequentia, quia si habuisset potentiam proximam omittendi consilia, fuisset in actu primo imperfectus, & reprehensibilis dignus; quia agere contra consilia, licet non sit peccatum est tamen imperfecte agere in genere moris, & ratione huius imperfectionis homo ita operans reprehensibilis subsicere.

Respondet P. Bellus Collega meus *disp. 12. quest. 2. art. 2.* ubi eadem sententiam nobiscum defendit, ex hoc tantum sequi, quod Christus esse imperfectus in actu primo propter potentiam proximam faciendi actus minus perfectos, non autem in actu secundo, quia de facto perfectiores semper exercuit

conformando se divinis conciliis; neque hoc repugnat, quia est quaedam imperfectio consequens naturam creatam, quae ex se libera est circa quodcumque obiectum, sicut ergo Verbum nobis assumptum naturam cum omnibus imperfectionibus praeter peccatum; ita potest habere habere potentiam operandi, quae minus placeat Deo; saltem tamen negat hinc sequi, quod esse reprehensibilis, quia reprehensibilis est passio consequens actum imperfectum secundum, non primum. Sed possent Adversarii replere, quod etiam potentia proxima faciendi contra praepiorum est imperfectio quaedam consequens naturam creatam, quae ex se libera est circa quodcumque obiectum; sicut ergo impedita est ex unionis hypostaticae vel beatificae, vel ex utraque simul, ita poterit dici debere de potentia proxima faciendi contra consilia, quamvis sit passio consequens naturam creatam, ita ut solam suam remota, non vero proxima. Melius itaque occurritur ex doctrina tractatus 87. & 91. & 92. negando quod non sit consilia sit imperfectio moralis positivae reprehensibilis digna, quia secularis auctoritas ducens nullam reprehensionem est digna, vel poenitentia, eo quia Religio enim non sit ingessus; Et cum volitio Dei hoc consentiens nullam indicat obligationem culpae, aut indecentiam moralem, talis oppositio cum illa nullam aliam indecentiam habere videtur, quam puram carenciam perfectionis moralem illius actus, perfectioris quam imperfectionem moralem negativam Christo non repugnare iam obiectum est, cum ei non debeantur omnes perfectiones positivae.

Tertio arguitur, quia ex hac nostra sententia sequitur, Christum, & reliquos Beatos non esse vi beatificae visionis determinatos ad eligendum semper id quod iudicatur magis placere Deo, sed potest vi propriae libertatis eligere id, quod iudicatur minus placere Deo. Hoc autem satis constat absurdum esse, & contra perfectionem beatae visionis; possit Beatum nolle in aliqua re, quae Deo magis placeat, illi gratificari, cum vi beatae ita eum rapiat ad gratificandum Deo in omnibus, ut non sit in eius potestate non gratificari. Conf. quia vi determinat Beatum, ac necessitate adoptandum Deo omnia bona saltem intrinseca, & complacentia Dei in eis actibus melioribus est bonum Dei intrinsecum, ergo visio cogit ad eam complacentiam optandam, & consequenter ad potendos eos meliores actus, qui necessarii omnes sunt pro ea complacentia determinata ad illos, ut existentes.

Respondet, Amicum hoc argumento Pressum *disp. 15. sect. 4.* plura congerere pro eius solutione, quae longiori exegere extant; Bellus vero inquit ad hoc absurdum evitandum sufficere, quod in actu secundo Beati de facto eligant actus meliores magis Deo placens, non autem requiritur determinatio ad illos in actu primo; sed Adversarii replicabunt satis per absurdum esse, quod Beati habeant habere facultatem in actu primo ut possint vi propriae libertatis eligere id, quod iudicatur minus placere Deo. Dicendum igitur est, visionem beatam nullo modo determinat voluntatem Beati ad id, quod est optimum, & semper ad meliores actus eligendos, ac magis Deo placentes; Neque hoc est absurdum, & contra perfectionem beatificae visionis, nam ad eam satis est dicimus, ex viem per denegationem concilium parati ad oppositum tolli a voluntate Beati potentiam proximam ad peccandum nec graviter, nec leviter, & simul determinari ad amandam eam bonitatem intensissime; nullam vero habemus rationem cogentem ad dicendum etiam determinari Beatum ad omnes alios actus optimos & magis Deo placentes, siquidem eorum omittio nec est offensa Dei etiam minima, nec imperfectio moralis positivae, sed tantum negativa, quae non deest Beati iudicis statum, cum ex vi illius non debeantur Beato omnes perfectiones positivae.

Ad Confirmationem optime occurrit Arriaga *disp. 43. c. 102. num. 27.* quod sicut ipse Deus se amans, & valde fortis, quam amare a beatis, non tamen est necessitatus ad amandas sibi eas meliores complacentias, ideoque nec tenetur ad meliora, nec de facto produxit illa obiecta, in quibus possit habere maiorem complacentiam; ita multo minus teneri Beatum ex vi visionis, vel amoris Dei ad eas maiores complacentias Deo procurandas, quia & minus amare Deum, quam Deus se, & minus fortis est amor ad procuranda alia bona, quam sibi ceteris paribus. Quare concludit Beatum amantem Deum teneri ad summum Deo ea intrinseca efficaciter amare, sine quibus Deus ipse esse non potest complacentiam autem in creaturis existentibus esse Deo liberam, ideoque sine illa manere optime posse, & consequenter nec ab ipso Deo, nec ab amatore Dei necessitari amari.

Dices, hanc doctrinam non esse Scoti conformem, qui in *2. dist. 21. quest. 1.* infra D. inquit, quod veniale ex genere esse mortale in Beato, quia habet praepiorum de semper operando optima; ergo visio Beata necessitat voluntatem Beati ad optimum in omni genere virtutum. Respondet in hac questione sermone non esse de actibus praepiorum, sed tantum sub consilio

lio cadentibus, & quando querimus, an visio determinet Beatum, ac necessit ad optimum in omni genere virtutum, loquimur ex hypotesi, quod actus illi meliores sint tantum sub consilio, non autem sub precepto; si enim supponamus tales actus esse Beato preceptos, indubium erit, quod sit determinatus, & necessitatus ad illos, cum sit physice impeccabilis ob negationem concursus parati, sed in actu primo indifferentis ad oppositum; quare si lex, que in nobis est consilium, in Beatis est precipium, iam auctoritas illa non est contra nos, quia in presenti loquimur de consilio; Re autem vera, cum inquit ibi Doctor, Beatum habere preceptum de semper operando optima, non loquitur in sensu nostro, quia loquitur de peccato veniali, quod inquit esse contra consilium, non quidem proprie dictum, ut hic à nobis sumitur, sed quatenus importat legem divinam obligantem ad aliquid non quidem necessarium ad finem legis consequendum, sed tantum utile; & ait hoc peccatum, quod in nobis est veniale tantum, si per impossibile daretur in Beatis, esset mortale propter preceptum, quod habent de semper operando optima, hoc est, nunquam agere contra divinam legem obligantem ad aliquid absolute, sive illud sit utile, sive necessarium ad finem legis, quia maiorem obligationem habent Beati de evitandis peccatis venialibus, quam nos modò habemus propter donum beatificæ visionis; Ex quo patet non loqui de optimis nobis insinuatis per consilium proprie sumptum, quod ab omni obligatione præcedit, ideoque contra ipsum agens non peccat, quo sensu hic dicitur, Beatum non esse ad optima determinatum, ac necessitatum in actu primo.

104. Quare argunt quibusdam auctoritatibus Scripturæ, & Patrum, quibus significatur, nondum Christum secundum humanam voluntatem à divina nunquam discordasse, sed nec etiam illi facere potuisse, ad eam in actu primo fuerit semper ad meliora determinatus, ac magis Deo placens, ita colligitur ex Ioan. 6. *Descendens de Cælo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me.* & cap. 8. *quæ placita sunt ei facio semper.* & cap. 5. *Non potest filius facere quicquam, nisi quæ Patrem viderit facientem, quæ loca Chryostomus, Cyrillus, Casarius, & alii Patres explicant de Christo, ut homine, & in eo sensu, ut voluntas humana Christi semper fuerit divinæ conformis, tam in preceptis, quam in consiliis exequendis; ita: saltem mortaliter loquendo aliter facere non poterit.*

105. Respondet, in communi modo loquendi usurpatum esse, ut que nunquam de facto eveniunt, licet evenire possint sine ulla repugnantiâ etiam morali, dicantur evenire non posse, quem loquendi modum etiam ipsa sacra Scriptura frequenter usurpat; ut ex pluribus locis probat Pater Bellurus Collega meus *loc. cit.* quare auctoritates adductæ acco modatè intelligi debent, ut nimirum quoad operæ præcepta intelligantur denegatione potentie proximæ; quoad consilia verò de impotentia secundum humanum sensum. Quod si quis ex illarum auctoritatum saltem deducere velit in Christo moralem necessitatem ad meliora, non recludit; quia hæc non obstant adhuc optime salvatur libertas in Christo ad meritum sufficiens, qualiter reperitur etiam in nobis Virgibus, ut patet de confirmatis in gratia, qui in suis operibus merentur, etiam si moralem habeant necessitatem bene operandi ex uberioribus divinæ gratiæ auxiliis; & ratio est, quia moralis necessitas uti non exculat à peccato, ut patet in peccatis venialibus, à quibus non excusamur, etsi moraliter ea omnia collectivè sumpta evitare non possimus; ita etiam è contrario non obicit merito.

QUESTIO QUINTA.

An voluntas humana Christi fuerit semper conformis divinæ.

106. Prima opinio distinguit inter voluntatem efficacem, & in efficacem; efficacem voluntatis actus hoc loco dicitur, qui est principium operandi, & movere ad operationem, vel executionem; inefficax verò, qui non est principium operandi, sed consistit in simplici complacencia boni, vel displicencia mali; prior actus est absolutus, & ab omni conditione independens; posterior verò tametsi in se quoque sit absolutus, aliquando tamen, & regulariter annexam habet conditionem; quare hæc voce explicatur, hoc bonum mihi placet, & vellem facere si non esset impedimentum. Itaque prima opinio hæc præmissa distinctione dicit, humanam Christi voluntatem efficacem semper fuisse Deo conformem, nam vellet aliquid efficaciter divinæ voluntati contrarium, videtur esse peccatum, quod Christo repugnat; inefficacem verò concedit aliquando fuisse divinæ, difformem, & talem fuisse dicit, quæ recusavit mortem, Lucæ 22. alioquin in male subdidisset, non mea voluntas, sed tua fuit, nisi aliqua esset inter unam, & alteram contrarietas; non fuit autem ea voluntas efficacem, eo quia corrigebatur per aliam voluntatem fortiori suæ propriæ voluntatem Dei præponentem, ergo inefficax.

Secunda verò opinio nec quidem in voluntate inefficaci contrarietatem ullam vult agnoscere in Christo cum divinæ; nam licet Christus inefficaciter voluerit obiectum contrarium voluntati divinæ v.g. mortis fugam cum tamen dicit voluit fuisse sub motivo vitandi gravissimos dolores, & ignominiam; Deus autem est contra optabat mortem, non tamen hoc eo motivo, sed quatenus talis mors futura erat causa redemptionis humani generis, quæ proinde voluntates contrarias inter se non fuit censenda; quia sunt ex diversis motivis; ita Recentiores quamplures. Tertia tandem sententia videtur è contrario agnoscere etiam in voluntate efficaci contrarietatem esse enim Christum aliquam voluisse efficaciter, quæ non sunt impleta, & consequenter oppositum videtur Deus efficaciter voluisse; & talem censent fuisse in Christo voluntatem recusandi mortem in hortu, & ita sentire videtur Hurtadus *disp. 75. sect. 3.* ubi docet Christum desiderio efficaci recusasse mortem, & non sola velleitate.

ARTICVLVS PRIMVS.

Verba sententia statuntur.

107. Incendum cum prima sententia, voluntatem efficacem Christi semper fuisse divinæ conformem; inefficacem verò aliquando difformem, atque ita voluntatem Christi voluisse passionem actu efficacem, noluisse vero actu inefficacem, quia actus conditionatus non est efficacem, sed inefficax. Conclusio est Scoti quod utramque partem 3. *disp. 15. q. 1. Q. & R.* quod primam partem de voluntate efficaci probatur communi fundamento sententia; quoniam adversari divæ voluntati efficaci, & absolute iam nota, & manifestæ, sicut erat voluntas divina de subeunda morte pro salute generis humani, est imperfectio Christi omnino repugnans. Confirmatur, quia si actu efficaci voluerit mortem, iam simul habuisset duos actus oppositos efficaces, & absolutos de eodem obiecto, scilicet, volitionem, & nolitionem eiusdem mortis quod implicat.

Respondet Hurtad. nolitionem mortis in Christo fuisse conditionatam, adhuc tamen fuisse efficacem, & inquit Christum prius ratione recusasse mortem, quam nouerit divinum decretum mortis, quam solutionem etiam approbat Arriaga *disp. 42. sect. 1.* ubi inquit, utique verum esse, quod si Christus prius natura voluerit aliquid efficaciter à Deo volum, non potuisset velle contrarium efficaciter, quia noverat impossibile esse voluntatem efficacem Dei reipsa frustrari; quia tamen Christus non fuit in suis motibus voluntatis directus scientia Beata, quia torquatur, quid Deus velle, sed infusa, quia nil noverat de volitione divinæ; potuit de facto etiam efficaciter velle aliquid contrarium voluntati divinæ, nam eo ipso, quod proprii nature ante volitionem non fecit humanitas Christi, quid Deus velle, poterit efficaciter velle aliquid, cuius oppositum reipsa Deus efficaciter volebat; Unde deducitur ratio supra allatam ad probandum non potuisse Christum habere voluntatem efficacem divinæ contrariam, quia sequeretur eum peccatorem, non esse sufficientem, nisi pro priori ante volitionem noliret humanitas quid Deus velle quod tamen non fit per visionem beatâ, ut illa ratio supponi, cum nequeat beata visio Christum dirigere ad operandum liberè.

Verum hoc totum gratis dicitur, quod nequeat Christus à scientia beata dirigi ad operandum liberè, iam enim ostendimus *disp. 3. de merito q. 9.* ex speciali privilegio, quo Christus erat, Vitor simul, & Comprehensor, habuisse pariter, ut cum beata visione haberet ex speciali dispensatione talem libertatem, qualis sufficit ad merendum; cum ergo Christus à primo instanti suæ conceptionis omnia perfectissimè novierit in Verbo, & pluries discipulis suis ante tempus passionis hoc mysterium manifestasset; ut ab æterno decretum pro humani generis redemptione, sive hoc novierit per scientiam infusam, sive per beatam planè omnino ridiculum est dicere, quod in hortu orans erat infans divini precepti, & decreti de morte subeunda; Ac consequenter falsum est actum illum fuisse efficacem nolitionem mortis, sed asserendum est, fuisse inefficacem conditionatam, & simplicem mortis nolitionem. Neque urget, quod inquit Hurt. redemptionem ortum traxisset à Christo, non ut in utero, sed ut in hortu, & ut in viro perfectio, ideoque in prævisione Dei absoluta prius fuisse existentiam in hortu, & orationem, & dependente à qua visa est acceptatio precepti. Non urget, inquam, quia acceptatio precepti fuit facta in primo instanti conceptionis, quamvis non fuerit impletum, nisi post triginta tres annos; ergo non incepit in hortu, neque in prævisione Dei fuit, ut in hortu tantum exultans prævisa.

Confirmatur quia alioquin sequeretur, fuisse in Christo aliquam voluntatem efficacem, quæ impleta non fuisset, vel saltem talem voluntatem habere potuisse; quod est concedere Arriaga, nullatenus tamen concedendam videtur ex Scoti in Re-

108. Quæstio IV. De libertate voluntatis Christi. Art. II. *disp. 17. q. 2.* quia si Christus absolute, & efficaciter voluisset aliquid fieri, quod postea non fuisset impletum, sequeretur ipsum vel ignoranter voluisse, vel impudenter; quia vir prudens semper agit ex plena deliberatione, & omnibus circumstantiis consideratis; Cum igitur Christus prudentissimus esset, & habere perfectam notitiam divinæ voluntatis, non poterat non attendere in qualibet actione: sua divinam beneplacitum, ut redè deducit Suarez *disp. 3. sect. 5.* ergo nunquam voluntas Christi efficacem fuit divinæ voluntati contraria, sed semper conformis. Denique non fuit in Christo proprie loquendo contrarias voluntates, sed in duabus Christi voluntatibus non fuerunt actus efficaces contrarii, ut sancitum est in 6. Synodo act. 4. ubi in Epistola Agathonis Papæ sic dicitur *predicamus duas naturales voluntates non contrarias* ergo nolitio mortis in Christo efficacem esse non potuit, quia tunc voluntas humana fuisset divinæ contraria, quæ illam efficaciter volebat. Nec valet, quod inquit Arriaga, idè non fuisse contrarias, quia pro eo priori non noverat Christus, quid Deus velle, unde formaliter, & expresse nihil voluit divinæ voluntati contrarium. Non valet, quia in quacunque actione sua optime noverat Christus, quid Deus velle, ut habetur loc. c. *Non potest filius facere à se quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem.* & cap. 8. *Ego quæ placita sunt ei facio semper.* Tum quia, quando etiam in eo priori non novisset Christus, quid Deus velle, & tamen volendo aliquid efficaciter, cuius oppositum reipsa Deus efficaciter volebat, iam reipsa falsum materialiter voluisset aliquid divinæ voluntati contrarium.

112. Quo autem ad alteram partem, quod Christus aliquando habuerit aliquam voluntatem inefficacem, & conditionatam divinæ voluntati difformem, probatur ex Evangelio *loc. cit.* Lucæ 22. ubi enim Christus ipse infans suam voluntatem fuisse aliquando modo divinæ contrariam, & alioqui male fecisset adversariam illam. *Non mea voluntas sed tua fuit,* nam hæc adversariam planè indicat aliquam fuisse contrarietatem inter illas voluntates; non fuit autem ea voluntas efficacem, quadoquidem corrigebatur per aliam voluntatem fortiori perfereatam voluntatem Dei sui propriæ; ergo fuit voluntas inefficax, atque ita inefficaciter voluit aliquid divinæ voluntati contrarium.

Respondet Auctores secundæ opinionis nolitionem mortis in Christo non fuisse divinæ voluntati contrariam, quia contraria sunt de eodem, & secundum idem, atque Deus voluit Christi mortem, tanquam medium redemptionis humane; voluntas autem Christi noluit mortem, tanquam sibi disconvenientem, non ergo hæc duæ voluntates sunt de eodem obiecto formalis, quia Christi voluntas non sub eadem ratione, & conditione propositam mortem refutabat, quæ ipsa illam divina voluntas proponebat; & hæc ratione præsertim Amicus *disp. 5. sect. 1.* defendit humanam Christi voluntatem non fuisse divinæ contrariam. Sed Contra, quia volitiones non solùm dicuntur esse contrarie ex oppositione in motivis formalibus, sed etiam ex obiecto materiali, sicut quæ ambulare velit propter fatientem, & alter ambulare nolit ad sonum capientium vel sacrum audiendum; adhuc istæ censentur volitiones contrarie, licet sint propter diversam motiva, quia versantur circa idem obiectum materiale, & ratio est, quia actus illi semper retinent totam suam contrarietatem, sive propter hoc, sive propter illud motivum fiant. Tum quia alioquin sequeretur peccatorem, ut plurimum, divinæ voluntati non contrariari, quia divina voluntas mendacium v. g. prohibet, vel furum, quia malum in se, mendax autem, vel furtivus, vel illud, non quia malum in se, siquidem nemo aspicitens ad malum operatur, sed quia utile, & adulterium, quia delectabile.

113. Respondet Bellurus *disp. 12. qu. 5. n. 132.* cum Lugo *disp. 1. volitionem*, & nolitionem mortis non fuisse in Christo actus contrarios, quia volitio fuit actus absolutus, & efficacem, nolitio verò conditionatus, & inefficax, quia actus non opponuntur inter se, constat enim manifestè nos passim habere simul, & semel volitionem efficacem ejusdem obiecti propter unum motivum, & inefficacem ejusdem obiecti propter alterum, ut patet de prædicente merces in mari metu naufragii, vult enim efficaciter illarum projectionem ad conservandam vitam, & eam inefficaciter non vult ut suorum bonorum destructam; unde concludit, nolitionem mortis in Christo non fuisse difformem, vel contrariam volitioni divinæ ejusdem, sed quasi disparatam; nec aliud indicat verba illa *non mea sed tua voluntas fuit.* Sed Contra, quia si per contrarietatem intelligatur repugnantia naturalis, ut simul, & semel esse nequeant illæ volitiones, fatore non esse contrarietatem in hoc sensu inter eas ob rationem datam; Sed si contrarietas in actibus voluntatis lapsus sumatur pro oppositione ex genere suo, fallum est in hoc sensu contrarietatem non reperiri inter volitionem efficacem, & nolitionem inefficacem respectu eisdem obiecti, quamvis enim, quia illa est in gradibus remissis, possunt simul coherere in eadem potentia actus illi, sicut calor, & frigus habitus vitiosus, & virtuosus, hoc tamen non

tollit oppositionem inter eos actus ex genere suo, sicut calor, & frigus, habitus vitiosus, & virtuosus simul coherere in gradibus remissis adhuc dicuntur contrarii ex genere suo ex dicitur *disp. 1. de genere, & corrupt. qu. 5. art. 1. n. 53.* unde inefficacia nolitionis facit eam veluti remissam in genere oppositionis, & quod sit in calore, & frigore per ablationem graduum, sit in his volitionibus ex modo sentendi in obiectum idem efficaciter, & inefficaciter. In hoc igitur sensu nec non potest, quin nolitio mortis in Christo inefficax fuerit contraria, & opposita divinæ volitioni ex genere suo, & longè plusquam disparata, ut loquitur Bellurus.

114. At rursus inquit, quia non solum volitio absoluta mortis in Christo fuit conformis divinæ voluntati, sed etiam ipsa nolitio; etenim divina voluntas utrumque actum exegit in Christo, volitionem exegit, tanquam necessariam requisitam ad meritum passionis, nolitionem verò, ut magis augeretur dolores Christi, videns enim divina voluntas, quod hu manitas Christi alacri animo passionem amplectebatur, unde dicebat *desiderio desiderans* &c. idcirco voluit divina voluntas, quod humanitas Christi hæc nolitionem conditionatam eliceret, ex qua maxima tristitia ortum duxit. Verum hæc instantia probat solam, quod humana voluntas fuit divinæ conformis in volitio formalis ex parte obiecti, sed non ex parte rei volitæ; sive in obiecto materialibus Deus enim volebat, Christum habere naturalem displicentiam mortis, ut hac ratione ostenderet se esse verum hominem; nihilominus ex parte rei volitæ, sive in obiecto materiali, non fuit conformis, sed difformis, quia divina voluntas efficaciter volebat, quod Christus moreretur pro salute Mundi, ut autem in actibus voluntatis adit contrarietas, sufficit ut opposito modo versentur circa idem obiectum materiale, ut supra ostensum est, & concedit ipse Bellurus *loc. cit. n. 128.* in fine.

115. Quamvis igitur valde probabilis sit secunda sententia negans Christum voluntatem omnem etiam inefficacem divinæ contrariam, quam plerique graves Recentiores etiam ex nostris voluunt, ut Suarez, Amicus, Bellurus, Lugo, O. Landus, & alii; adhuc tamen probabilius cum Arriaga censent, Christum habuisse aliquando aliam volitionem inefficacem divinæ contrariam, & talem fuisse nolitionem mortis; licet fuerit ex diverso motivo ab eo, quo efficaciter voluit fuit à Deo; quia volitiones, ut dixi, non tantum contrarie dicuntur ex oppositione in motivis formalibus, sed etiam ex obiecto materiali, nam qui efficaciter optat fugere mortem patibulum v. g. propter infamiam, utrumque fugit, & mortem, & infamiam, licet unum propter aliud; unde qui mortem illi velle, licet propter aliud motivum, ut Iudex velle illi mortem in pectus patratu delicti, opponitur illi, non in puncto infamie, sed in puncto mortis, quam unus vult, & alter non vult simpliciter, & licet inefficaciter; ergo voluntas illa Christi cum simpliciter fuerit fuga mortis, etiam ob diversum motivum ab eo, quod Deus habebat ad volendam Christum eandem mortem, fuit simpliciter illi contraria, si non in motivo formalis, sed in obiecto materiali, quod per unam voluntatem odio habebatur, per alteram verò amabatur, ut constat in exemplo alla o de damno ad patibulum, cuius voluntas inefficax de non moriendo propter infamiam contrariatur voluntati efficaci, quam habet Iudex, ut moriatur propter iustitiam; quia voluntas Iudicis licet non opponatur illi in puncto infamie, adhuc tamen opponitur in puncto mortis.

116. Dices, non valere paritatem, quia contrarietas cessat in Christo, eo quod esset simul in Christo alia secunda voluntas efficacem, quæ divinæ conformabatur, quæ quidem voluntas non reperitur in reo ad patibulum damnato. Sed Contra, quia per hoc solùm inducitur conformitas in hac secunda voluntate; non tamen tollitur difformitas, & contrarietas in prima; verum est tamen, quod ratione istius secundæ voluntatis contrarietas, & difformitas, quæ est in prima, nullam habet annexam malitiam, ac deformitatem moralem, quia per hæc secundam ita corrigitur illa prima voluntas, ut divinæ subiacet, tanquam principio, & regulæ ut constat ex illis verbis, *non sicut ergo volo, sed sicut tu,* quæ ratione dici potest, quod etiam prima voluntas conformis erat voluntati divinæ, tanquam principio, & regulæ, & hæc præcisè de causa putant Auctores secundæ opinionis illas voluntates nunquam fuisse contrarias.

117. Aliqui tandem gratis concedunt, inefficacem voluntatem Christum semper fuisse conformem divinæ voluntati in re volitæ; negant tamen hinc rectè deduci, quod licet illi contraria, vel repugnans, quia repugnantia tantum est inter voluntates efficaces, non autem inter unam efficacem, & alteram inefficacem; unde licet Christus haberet affectus inefficaces circa obiecta, quæ Deus absolute volebat, ejusdem tamen affectus non auferret conformitatem absolutam, sicut debet auferret contrarietatem propriam, cum non opponatur simpliciter voluntas absoluta unius obiecti, & voluntas inefficax opposita.